



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Anno M.D.LXXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

contenderint. Persuasit ante omnia eis Canisius, uti liberos suos ab Hæreticorum gymnasiis reuocarent, nec posthac ad ea mitti paterentur, in quibus non tam literas, quam peruicaciam, & impietatem ediscerent. Protinus in principe templo

*Concionatur:  
& Collegij res  
adornat.*

continuauit annis. Quo ex loco publicum quasi spectaculum proponens sapientiæ, modestiæque Christianæ, haud magno negotio ad optima quæuis religioso per se se, bonoq; ingenio populū commouebat. Ita præparatis ciuium animis adfuit anno vertente societatis per Germaniam Visitator Oliuerius Manaræus, deq; Collegij condendi ratione cum Senatu transegit, DEO mire propitio, & fauente cœptis.

Anno proximo, qui seculi alter, & octogessimus erat, Collegium inchoatum scholis literarū publicatis per autumnū, lætissima Ciuitate. Tum Canisius ubi victis demū difficultatibus primis iustam familiam adesse vidit, supplex à Præposito Generali (Claudi<sup>o</sup> Aquauia is erat Euerardi successor) contendit, uti se præfecturæ munere liberaret. Optimus senex ad id vnum excusatione, ac beneficio utebatur ætatis, ut subiectus omnibus,

1581.

1582.

*Humilitas eius*